

Precellens Juvenis, cui docta modestia laudum
Succreturarum digna trophaa feret,
Dum solers studium **VENERANDO PRÆ-**
SIDE tutus

Urges orchestra proposuisse patrum:
Argumenta tibi sacra seligis, inque Sione
Miraris pellens nubila prisca jubar,
Quâ pateat typicus posito velamine Moses,
Limbraque corporeâ luce repulsa cluat.
Succedat, quodcunque paras, laudabile primum
Exhilaraturæ sedulitatis opus!

Et tuus in lucem penetrans è nube decoram
Clara, **CALIXTE**, tibi nomina signet honos.
Præclare docto Dn. **CALIXTO**, Auditori solertissi-
mo, amico jucundissimo propensum testaturus
affectum cum prolixiori voto perennaturæ feli-
citatæ celer. scrib.

ENOCHUS SVANTENIUS, P. P.

Plaudimus optatis, Convictor candide, cœptis;
Dum verè Victor, sponte tueris eos,
Quos dubiò fallax sensu clàm rodit Hyæna,
Et lacerat, **MONTES**, sed sine mente, **DUOS**.

Excell. Dni Præsidis,
Venerandi hujus Academiae Senioris

CONVICTORES.

Dum